Adam, Melchior; Marsilius <de Ingen> [Honoree]: Apographum Monvmentorvm Haidelbergensivm
Heidelberg, 1612 Seite 18



Anno domini 1543. octavâ Octob. obiit, artium & jurium doctor consultiss. Wendelinus Schelling professor publicus Gym. Heidelb. cuius anima in domino req. i. p.

REVERENDO VIRO DN. HENRICO STOLONI à DIERBACH ECCLESIÆ ATQ. SCHOLÆ HAIDELB. CONCIONATORI AC PROFESSORI ORDINARIO CONSTANTISS. ET DOCTISS. QUI VIXIT ANNOS LXVIII. MENSES VI. OBIIT VERO ANNO SALUTIS HUMANÆ M. D. LVII. MENSE SEPTEMBRI DIE XXVIII. ANNA UXOR, JACOBUS, BERNHARDUS, ET CHRISTOPHORUS FILII SUPERSTITES HOC MONUMENTVM POSVERVNT.

Distichon continens annum ætatis & obitus ejusdem.

*Bis sex ut lustris Stolo jam conjunxerat annos*
*Bis quatuor lætus cælica regna petit.*

Anno Domini 1578. 27. die Maij piè in Christo obiit rever. vir. D. Andreas Stolzius Superintendens, cuius anima in domino requiescat.

Scio quod redemtor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.

Anno Domini M. CCCCC. III. in die sanctæ Agathæ virginis obiit Eximius vir, magister Andreas Pfodt sacræ theologiæ professor, cuius anima requiescat in pace.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/adam1612/0034
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.